IOANNES PAULUS PP. II

ad perpetuam rei memoriam

Servandus quidem et confirmandus ac fovendus est certus venerationis cultus, quo Sanctum Ioannem de Capestrano omnes variarum Nationum Cappellani Militares peculiarem in modum prosequi consueverunt. Non solum enim constat hunc presbyterum praeclaris virtutibus in vita sua praestitum fuisse ob Dei amorem et proximi, sed hac etiam aetate eum plerumque dominico gregi, imprimisque praesulibus ac presbyteris ubicumque pastoralem militum curam agentibus, tamquam mirum proponi sanctitatis exemplum. Hoc autem maxime expedire videtur, ut quivis ordo fidelium suum in caelis habeat Patronum, qui sua ipse intercessione ei semper assit a Deoque opportuna impetret auxilia. Quibus perpensis, venerabiles Fratres Vicarii Castrenses orientalium et occidentalium regionum, consultis recteque auditis singularum istarum Nationum Conferentiis Episcopalibus rationeque habita communium omnium votorum, sua auctoritate electionem memorati Sancti uti universalis caelici Patroni omnium Cappellanorum Militarium totius mundi rite approbaverunt atque iidem ab Apostolica Sede ut eiusmodi electionem et approbationem ratas haberet petiverunt. Quare Nos ipsi, quo maior christiana pietas omnium ad cuiusque Nationis exercitum quoquo modo pertinentium dehinc excitetur et efficacior fiat in dies, ex prudenti probata sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, quam plane probamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, cum enotescat propositas electionem et approbationem ad statutum ius peractas esse, Sanctum Ioannem de Capestrano, presbyterum, Curionum seu Cappellanorum Militarium totius orbis apud Deum Patronum confirmamus una cum adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis per commemoratam Sacram Congregationem definitis in Normis circa Patronos constituendos, nn. 11-15, quae die undevicesimo mensis Martii, anno MCMLXXIII datae sunt. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum omnino volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum tempus habeant effectus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die X mensis Februarii, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

Augustinus Card. Casaroli
a publicis Eccl. negotiis

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

SERVANDUS QUIDEM

SANCTUS IOANNES DE CAPESTRANO CAPPELLANORUM MILITARIUM TOTIUS TERRARUM ORBIS APUD DEUM PATRONUS CONFIRMATUR

Ad perpetuam rei memoriam. – Servandus quidem et confirmandus ac fovendus est certus venerationis cultus, quo Sanctum Ioannem de Capestrano omnes variarum Nationum Cappellani Militares peculiarem in modem prosequi consueverunt. Non solum enim constat hunc presbyterum praeclaris virtutibus in vita sua praeditum fuisse ob Dei amorem et proximi, sed hac etiam aetate eum plerumque dominico gregi, imprimisque praesulibus ac presbyteris ubicumque pastoralem militum curam agentibus, tamquam mirum proponi sanctitatis exemplum. Hoc autem maxime expedire videtur, ut quivis ordo fidelium suum in caelis habeat Patronum, qui sua ipse intercessione ei semper assit a Deoque opportuna impetret auxilia. Quibus perpensis, venerabiles Fratres Vicarii Castrenses orientalium et occidentalium regionum, consultis recteque auditis singularum istarum Nationum Conferentiis Episcopalibus rationeque habita communium omnium votorum, sua auctoritate electionem memorati Sancti uti universalis caelici Patroni omnium Cappellanorum Militarium totius mundi rite approbaverunt atque iidem ab Apostolica Sede ut eiusmodi electionem et approbationem ratas haberet petiverunt. Quare Nos ipsi, quo maior christiana pietas omnium ad cuiusque Nationis exercitum quoquo modo pertinentium dehinc excitetur et efficacior fiat in dies, ex prudenti probata sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, quam plane probamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, cum enotescat propositas electionem et approbationem ad statutum ius peractas esse, *Sanctum Ioannem de Capestrano*, presbyterum, *Curionum seu Cappellanorum Militarium* totius orbis apud Deum Patronum confirmamus una cum adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis per commemoratam Sacram Congregationem definitis in Instructione «de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis» sub n. 30. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum omnino volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum tempus habeant effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die X mensis Februarii, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI,

a publicis Ecclesiae negotiis

S. GIOVANNI da CAPESTRANO
è confermato PATRONO presso Dio
dei Cappellani Militari di tutto il mondo.

BREVE APOSTOLICO

(in una ns. versione Italiana)
- c d v)

GIOVANNI PAOLO II

a perpetua memoria della cosa

Il costante culto di venerazione che tutti i Cappellani Militari hanno finora nutrito per S.Giovanni da Capestrano, dev'essere conservato e incoraggiato.

Non solo, infatti, è noto che tale sacerdote nella sua vita sia stato adorno di nobili virtù fondate sull'amore di Dio e del prossimo, ma anche in questi nostri giorni egli è da porsi a esempio di santità al popolo di Dio e specialmente ai sacerdoti e a coloro che ovunque presiedono alla Pastorale Militare.

E' cosa da ritenersi sommamente utile che ogni categoria di fedeli abbia in cielo un suo Patrono, il quale con la propria intercessione sempre l'assista e da Dio impetri su di essa, ogni necessario aiuto.

Considerate queste cose, i Venerabili Fratelli Nostri Vicari Castrensi di ogni regione dell'EST e dell'OVEST, giustamente consultate ed udite le Conferenze Episcopali delle proprie singole nazioni, ed accogliendo il voto comune di tutti, con l'autorità loro propria, approvarono come di rito l'elezione del nominato Santo a Celeste Universale Patrono dei Cappellani Militari di tutto il mondo. Successivamente i medesimi, chiesero alla Sede Apostolica di confermare tale nomina ed elezione.

Pertanto NOI stessi:
affinchè la pietà cristiana di quanti appartengono per qualunque motivo all'esercito di una qualsiasi nazione, da oggi in avanti sia consolidata;
perchè diventi di giorno in giorno più efficace, in conformità alla prudente e saggia sentenza già emessa dalla Sacra Congregazione per i Sacramenti e il Culto Divino, sentenza peraltro che NOI pienamente accettiamo;
con la pienezza della NOSTRA AUTORITA' APOSTOLICA:
perchè a tutti sia noto che la elezione ed approvazione suddette, siano state fatte a norma di legge

confermiamo S. GIOVANNI da CAPESTRANO, SACERDOTE, PATRONO DEI CAPPELLANI MILITARI DI TUTTO IL MONDO con i pieni diritti e privilegi liturgici stabiliti dalla suddetta S.Congregazione nelle "Norme circa i Patroni da costituirsi "ai numeri 11 - 15, emanate il giorno 19 Marzo dell'anno mille novecento settantatre.
E ciò, nonostante qualunque altra cosa ci fosse in contrario.

Inoltre:
NOI decisamente vogliamo che questa NOSTRA LETTERA venga religiosamente conservata ed abbia da valere in perpetuo.

Data a Roma, presso S.Pietro sotto l'Anello del Pescatore, il giorno dieci di febbraio mille e novecento ottantaquattro, Sesto del NOSTRO PONTIFICATO.

timbro
a
mollo

Augustinus Card. Casaroli
Publicis Eccl. negotiis